

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 4: De amicitia (8)

Philosophus:

Non confestim dissolvenda est amicitia eius
qui ex bono factus est malus,
sed magis adiuvandus ad recuperandum virtutem,
quam adiuvari ad recuperandum possessionem.

Et ideo dicit Philosophus in IX *Eth.*,
quod non confestim dissolvenda est amicitia ad eum
qui ex bono factus est malus,
sed multo plus adjuvandi sunt ad recuperandam bonitatem virtutis
quam recuperandam possessionem temporalium bonorum.

Thomas de Aquino, *Scriptum super sententiis*, 3.28.4
(P. Mandonnet ed., vol.3, p.910).

Utrum igitur confestim dissolvendum, vel non omnibus,
set insanabilibus propter maliciam. Dirreccio[n]em autem habentibus,
magis adiuvandum ad morem quam substanciam,
quanto melius, et amicicie magis proprium.

Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, trans. Grosseteste (textus purus),
8.4 (R.A. Gauthier ed., p.328, ll.2-5).